









1780.

1<sup>o</sup> <sup>2<sup>o</sup>b<sup>o</sup> Nurath, Ioan. Fis. All. Cris. : Observationes  
nonnullae de cognoscione et potestate judicaria  
in causis quee patribus nomine veniuntur? 2<sup>o</sup> aut.</sup>

1780. - 1782.

1781.

Schott, Augustus Ludovicus: De auctoritate iuri canonico inter evangelicos recipi ejusque non apte moderandu.

1782.

1. Hackertin, Carol. Fridericus: Ex quibus causis liberal  
I. R. I. cunctis jure austriacum legatum sint  
exclusae? Significat si iniquas auctoritas orationem  
solemnum, que professionem iuris ordinariam  
suspiciatur... invitat.

2. Krohn, Franciscus: Mœta capta de probationibus  
et ac reprobationibus.

3. Schott, Augustus Ludovicus: De legibus communib[us]  
et iuris necessaria emendatione.

1783.

1. Haubertin, Charles Frédéric: De auct[oris] privile-  
giatis literar[um] S. R. T. cunctis Augustae Franci-  
corum.

2. Haubertin, Charles Frédéric: De auct[oris] pecunial[is].

3. Schott, Augustus Ludovicus: Dissertatio inaug[.] pri-  
m[.] de iustitia cattolica iuri communis et patrii  
Quodlibet de successione ab intestato.

4. Trummer, Joannes Vincentius: De querela in oppo-  
sitione testamenti probatoris uteriniis non deneganda.

1784.

1. Cella, Joannes Jacobus: An fiscibus pro persona  
debiti aut illustris erectori in danum teneret, qua-  
sum hic et beneficium competentiae debitoris lege

libas vel observantia concessum accipere non potuerit?

2. Glueck, Christians Fiduciam: Inventio III. P.Q.

in cap. XII. X. de testem. et ult. sol. juri civili  
hanc derogatur sive re effectu singulari extremae  
voluntatis in alterius Dispositionem committat  
commentatio, qua ad audiendam orationem numerus  
professoris iurium publici ordinarii . . . officiosae  
invitet.

1785.

1. Abel, Michael Fiduciam: De rescissione transactionis  
boni in genere, quam in specie respecta passionis  
exonuus.

2<sup>o</sup> et <sup>3</sup> Franck, Iacobus Philippus: De restituitione  
in integrum ex clausula praetoris generalis ultra  
casus absentiae non extendenda. Sect. I. II.

1788.

3. Haenlein, Conradus et Carolus: *De actione Peccati  
natura reprobis et asu fornici.*

4<sup>a</sup>.<sup>b</sup> Kueber, Dr. Lutetianus: *De primaria committ  
posterior. 2 tompe.*

5. Schmitz, Christianus Trajanus: *De unione praelium.*

9871,72

No: 1082

14a

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**RESTITVTIONE IN INTEGRVM**  
**EX CLAVSULA PRAETORIS GENERALI VLTRA**  
**CASVS ABSENTIAE NON EXTENDENDA**

S E C T . I . et II . 10 . 35 .

QVAM  
SVMMI NVMINIS AVSPICIIS  
ACADEMIAE FRIDERICO - ALEXANDRINAЕ  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

**CHRISTIANO FRIDERICO**  
**CAROLO ALEXANDRO**

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORUSSIAE  
SILESIAEQUE DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI  
VTRIVSQVE PRINCIPATVS REL. REL.

C O N S E N S V  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
PRO CONSEQUENDO

**D O C T O R I S**  
IN VTROQVE IVRE GRADV  
PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI SVBMITTIT 1785,2  
**JOANNES PHILIPPVS FRANCK**  
CVRIA - BARVTHINVS.

D. SEPT. MDCC LXXXV.

ERLANGAE  
STANNO ELLRODTIANO.

DE  
DISSESTITATIO INVAEVARVIS IVRIDICIA  
RESTITUTIONE IN INTEGRUM  
EX CIVASALY PRELATORIS GENITRITALITY  
CASA ASSISTENTIE NON EXSUNDENDA

CHRISTIANO FRIEDERICIO  
CAROLO VILLEXANDRIO  
MARIAZIA INNENFELDIO BOZZASCIUS  
ATRIASAE PRINCIPATIAE ETI ETI ETI  
MARIANUS DEAE ETI BARBERATAE NORWICENSIS  
MARIANUS DEAE ETI BARBERATAE NORWICENSIS  
CAROLUS VILLEXANDRIO  
D O M I N O  
SOCIARUM TRINICAP AC DOMINI  
RECOLTE M CONVENTUS  
ACADMIAS LIBIDERICIO VILLEXANDRIO  
SUMMI NAVIJNS ABBVICIO  
O L A V

IN ATROGAE IARRE GRADA  
DODOTOKXIS  
PRO CONSEGMENTO  
HISTORIE JACOPO SATORIUS ORDINIS  
CONVENTU

A SON  
ALTESSE SERENISSIME  
MONSEIGNEUR  
LE  
**MARGRAVE REGNANT**  
DE BRANDEOBURG ANSPAC BAREUT  
DUC DE PRUSSE ET DE SILESIE ETC.  
BOURGGRAVE DE NUREMBERG ETC.

MON TRÉS GRACIEUX  
SOUVERAIN.

MON TRIES GRAICLES

SOUVERAIN

MARGRAVE RENAUD

DE BRABANT RYSCARDE BARON

DU DUCHÉ DE BRABANT ET DE LIMBURG

CHOROGRAVE DE MONTMARTRE

MONSIGUR

13

A SON

VILLESEZ SERRINISIME

## MONSEIGNEUR!

Oser tracer le portrait du grand Caractère de VOTRE ALTESSE SERENISSIME, quelle entreprise!

Les grandes les glorieuses actions resplissent d'une nouvelle splendeur lorsqu'elles tachent cacher leur éclat.

Je me borne à admirer en silence les sublimes qualités de VOTRE ALTESSE SERENISSIME. Mais penetré du sentiment le plus doux à VOUS voir procurer la Felicité à ma patrie, qu'il me soit permis, de VOUS présenter tressumblement les premices de mes travaux académiques.

Le

# MONSEIGNEUR

Le plus puissant Souverain ne rejette  
guere une fleur cueillie de la main de la fide-  
lité et de la reconnaissance.

La generosité, qui vous porte à estimer  
le bien même dans l'objet le moins considéra-  
ble, me fait esperer, que vous ne dedaigne-  
rés pas une offrande, qui naissait des senti-  
ments les plus respectueux avec lequel je suis

# MONSEIGNEUR

Erlang  
ce Septbr. 1785.

Votre très humble, très obéissant, et très  
fidèle Serviteur et Sujet

Jean Philippe Franck  
de Hof en Baireut.



§. I.

*Introitus.*

**E**x multis, de quibus data opera elaborandis et in differentiatione inaugurali publice proponendis deliberaui, doctrinis nulla mihi dignior visa est ea, quam titulus praefert, de Restitutione in integrum ex clausula praetoris generali. Quamuis enim negari nequeat, multos iam, eosque magni nominis Iureconsultos in enucleandis et ordinandis difficultis de restitutione in integrum materiae principiis defudasse, atque adeo copiosa praestantissimaque extare volumina, amplam et fusam principiorum hujus argumenti generalium tractationem continentia a); tamen, si dicendum quod

a) Integros tractatus, quin et sua volumina de restitutione scripserunt: GODOFR. ANTONIVS, PETR. BOVILLIARDVS, IVL. CASSADORVS, IAC. CVIACIVS, IOH. DE FERRARIIS, NIC. CISNER, DIDAC. COVARRYVIAS, EMAN. COSTA, DOM. GALLESVS, ANTON. GOMEZ, SCIPIO GENTILIS, CASP. MANZ, IOH.

A

MAVRI



quod res est, in ipsa speciali explicatione singulorum restitutionis in integrum capitum, sufficientem et omnibus partibus absolutam curam adhibuerunt paucissimi ex scriptoribus alias non contemnendis.

Quod praesertim ipsum dissertationis meae argumentum spectat, absque iniustae reprehensionis nota afferi potest, plurimos scriptores illud vel plane sicco pede praeterisse, vel eam solertia, quam ipsius materiae grauitas iure poscere videtur, non impendisse, multos quoque ad materiam quidem attendisse, at otiosas et inutiles quaestiones ventilando accuratiorem inuestigationem neglexisse et postponuisse b). Cuius forte ratio in ipsa argumenti difficultate, quam equidem ipse iam abunde sentio, quaerenda est.

Ex

MAVRITIVS, IOS. METZGER, GABR. MVDAEV<sup>S</sup>, IOAH. MYNSINGER, SFORTIA ODDVS, PETR. REBVFFVS, DE ROTA, quorum plurimi inferti sunt collectioni, quas Francofurti prodidit a. 1586. in IV. Tom. in fol. sub titulo *Variorum Ictorum Tractatus de Restitutione in integrum. Minorum operum et dissertationum, quae de generali restitutione materia agunt, recensionem dare, superfluum foret, cum amplum catalogum exhibeat Bibliotheca Lipeniana et Schottiana.* Ex nouioribus duorum saltim scriptorum egregiorum mentionem facere licet: P. P. H. DE DOMPIERRE DE IONAQUIERES Spec. de restitutionibus in integrum. I. Commentar. ad Titul. Pandect. qui ad illam materiam pertinent. Lugd. Bat. 1767. 8. et III. CHRISTIAN. GOTTL. BIENERI Resp. AD. GOTHOFR. PRASSE Diff. cui titulus: *Historia iuris civilis de restitutionibus in integrum* Lips. 1779.

b) Exemplo fint, vt notam temerariae accusationis euntem, ex citatis Auctoriis ODDVS SFORTIA, et DOMIN. GALESIVS, qui in suis magnis operibus de Claufula generali prolixè quidem agunt, at magis quae-

Ex nouioribus scriptoribus vix vnuſ alterue arduam hanc materiam ex professo tractare ausus est, e quibus prae- cipue nominandus BRVCKNERVS c). Cum vero hic ipſe aliam eamque a mea sententia plane diuersam opinionem in tractando hoc argumento tueatur, alii vero, quos per- scrutando consulere mihi licuit, circa verum clausulae Prae- toris generalis sensum admodum dissentiant, opus haud superfluum me fuscipere iudicauit; si animum ad hanc mate- riam admouerem, et potiores controvversias, inter Iurecon- fultos super vera clausulae huius indole haſtenus acitatas, sub examen vocarem, meamque qualemcumque sententiam exponerem. Qua in re ita versabor, vt praemissis fine

A 2

multa

quaestionibus multis superfluis otiosam operam dederunt, quam in verum Clauſulae ſenſum i[n]veſtigandum laborem impendere voluerunt.

c) GVL. HIERON. BRVCKNER Rep. IO. GEORG. SCHELLER Diff. de reſtituſione in integrum ex Clauſula Praetoris generali, ſi qua alia mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. Jenae 1708. Coniungenda eſt cum hac BRVCKNERI diſſertatione alia ciuſdem argumen[t]i a IOH. WOLFGANGO TEXTORE conſcripta, quea primum Altorfii habita et deinde Collectioni Disputat. Textorian. Francof. a. 1698 edita, P. I. n. 17. i[n]ſerta fu[er]it. Refutata potiſſimum ſtudiuſ BRVCKNERVS opinione[n]em TEXTORIS, breuiffimis faltim in Diff. th. 22. propositam, de reſtrin- gendo ſenſu clauſulae generalis, quam ſententiam equidem contra BRVCK- NERV[VM] vindicare, et prolixiore traſtatione explanare occupatus ero. An aliæ adhuc proſtent singulares de Clauſula praetoris generali traſta- tiones, praeter LEYSERI Spec. 64. in medit. ad Pand. quo pariter in hanc materiam nonnullae meditationes impenduntur, equidem non noui. Eorum ſcriptorum, qui in aliis ad materiam reſtitutionis ſpectantibus traſtationibus incidenter in clauſulam generalem inquirunt, et quos ad viu[m] meum adhibere mihi licuit, in ſequentiis suis locis mentionem faciam.

multa ambage iis, quae solum ex generali restitutionis in integrum argumento tanquam notiones fundamentales praestruenda sunt, ipsam huius clausulae praetoriae rationem, eiusque varias explicaciones proponam, et pensatissimis omnibus eam, quae mihi de restringendo huius Clauſulae sensu semper probabilior visa est, opinionem defendam.

Cum vero ipsa haec tractatio propter amplam materiae copiam satis prolixa sit, consultius duxi, opusculum meum in duas sectiones distribuere, quarum *prior* tum ea, quae de restitutione in genere praemitti debeat, tum argumenta ex ipsa natura et tenore clausulae generalis deducta, *posterior* vero reliqua, quae maiori et firmiori probationi inferunt, argumenta comprehendet.

### Sect. I.

*Qua tam generalia restitutionis in integrum principia praemittuntur, quam ex ipsa indole et natura clausulae praetoriae, eam ultra casum absentiae non esse extendendam, demonstratur.*

### §. II.

#### *Restitutionis in integrum definitio.*

Restitutione in integrum in sensu generali accepta significatur quaelibet rescissio actus alicuius obligatorii ex publica Principis vel magistratus auctoritate facta <sup>d)</sup>. Sub hac notione

<sup>d)</sup> Vid. Perill. DAN. NETTELEBLÄDT. System. Element. Iurispr. positiv. German. commun. gener. edit. nov. §. 351.

notione omnes, quae in iure nostro occurunt restitutio-  
nes, tam quae in causis criminalibus eaeque vel ex capite  
iustitiae vel ex fundamento gratiae locum habent e), quam  
restitutiones causarum ciuilium comprehenduntur. Singu-  
larem vero diuersarum harum specierum explanationem,  
quippe pro scopo praesenti superfluam praetermitto. Cum  
enim mihi potissimum de ea restitutionis ciuilis specie, quam  
Praetores moderandi iuris ciuilis rigoris causa introduxe-  
runt, sermo sit; propriam huius remedii praetorii notionem  
ante omnia inuestigandam et adstruendam esse iudico.  
Ex variis, quas diuersi scriptores exhibent, restitutio-  
nis in integrum in relatione ad praesentem materiam sum-  
tae, definitionibus et descriptionibus sequentem adoptare  
lubet f); quod scilicet *Restitutio in integrum* sit *beneficium*  
*iuris Praetorii* g), quo actus stricto iure validus ob laesio-

### A 3 nem

e) De hac restitutionis specie conf. LEYSER in med. ad Pand. Spec. 653. et, qui nouissime eam tractauit, IOH. AD. AVG. FRID. BENTIN in diff. de *restitutione ex capite iustitiae in causis criminalibus*. Erford.

1783.

f) Cf. III. c. F. HOFACKER in *Institut. Iuris Rom. method. System.* adorn. Goetting. 1773. §. 88. HELLFELD in *Iurispr. for.* §. 431. Aliam definitionem exhibit VOETIVS in *Comment. ad Digest.* ad Tit. de *Restitut. in integr.* §. I. quod sit remedium extraordinarium, quo praetor vi sui officii et iurisdictionis, naturalem securus aequitatem, homines laesos aut circumuentos ex iusta causa in pristinum statum reposuit, perinde ac si nullum negotium damnum gestum esset, vel saltim indemnes eos seruari iubet. Quia posteriori de laesis indemnibus feruandis determinatione ad singularem restitutionis speciem, quae in alienatione iudicii mutandi causa facta locum habet, simul respicitur.

g) Generalis haec notio ideo applicanda, quia auxilium hoc Praetoris tam per modum actionis, quam et tanquam exceptio adhiberi potest l. 9.

§. 4.



nem inde emergentem ex aequitate iure ciuili agnita atque adprobata rescinditur, atque ita amissa caussa redintegratur b).

### §. III.

#### *Ratio et Fundamentum Restitutionis in integrum.*

In introducendo hoc beneficio optimum praetores romani habuerunt finem, iis, qui ex negotiis stricto iure validis laesi essent, praesertim si fraus et astutia eorum, cum quibus negotium aliquod intercederet, tali laesioni ansam dedisset, ex aequitate naturali succurrenti i). Cum enim

ex

§. 4. D. de iureiur. l. 8. §. 3. D. de inoff. testam. Beneficium quoque vocatur restitutio in integrum in l. 23. D. de minor. et auxilium in l. 7. §. 1. D. de rest. in integr. et l. 24. pr. D. de minor.

b) Breuius in ipsis legibus restitutio in integrum dicitur in pristinum statum reposicio et negotii instauratio. l. 2. C. Si adu. Transact. Amissae Causae redintegratio l. 2. C. in quib. caus. mai. CVIACIVS in partit. ad Tit. de rest. minor. et secundum PAVLVM in Rec. Seut. L. I. Tit. 7. §. 1. rei vel causae redintegratio, quam definitionem ISIDORVS in Orig. V. 25. ita explicat: *Causa redintegratur, quae vi potestatis expleta non est, res redintegratur, quae vi potestatis ablata atque extorta est.* At hac explicatione sensum huius definitionis non satis accurate resolui, sed ampliori interpretatione opus esse, facile perspicitur, potius, ut breuissimis rem tangam, ita formanda est explicatio: In genere res redintegratur, si lapsu res ipsa amissa retraditur. *Causa vero, denotat rem adhuc integrum, obligatione tamen ad praestandum aliquid contracta.*

i) Aequitatis studium causam esse huius remedii manifesto patet ex l. 7. pr. et §. 1. D. de restit. in integr.

7

ex ipsa iuris civilis stricta ratione, et ex conditione negotiorum obligatoriorum, quorum multa magis secundum formulam, quibus condebantur, quam iuxta intentionem agentium aestimabantur, saepius evenire potuisset, ut homines iuris subtilitate lapsi facile laederentur, et iis, quibuscum ipsis res erat, lucrum forte iniustum obueniret, talia vero aequitati naturali contraria essent; hanc, quantum fieri poterat, rigori iuris civilis praeferre statuerunt praetores. Inde inter alia, quibus hunc summi iuris rigorem, ne hic in summam vergeret iniuriam, moderabant et corrigebant, remedia etiam haec excogitarunt k). Vti vero sola aequitas naturalis eaque haud fucata, sed vera veraeque iustitiae non aduersaria, locum dare potuit huic remedio extraordinario, ita et solicite determinarunt limites, intra quos illud admittendum esset. Requirebant hinc, ut non solum ipsa laesio l) quam quis ex negotio tali stricto iure obligatorio perpetuus est, ex ipso hoc et non aliunde ortum duxerit m), sed et ut a parte laesi iusta adesset causa, quae eum

k) Differentiam illam inter negotia bona fidei et stricti iuris, et rationem restitutionis ad diversa haec negotia adipicandae, tyronibus quoque cognitam, praetermitto.

l) Modum laesione et iuris amissi, qui varius esse potest, exprimit l. 44. D. de minoribus ita: cum, quod habuerunt, amiserunt: aut quod adquirere emolumentum potuerunt, omiserunt: aut se oneri, quod non suscipere licuit, obligauerunt.

m) Et quidem requiri laesione quoad ius, non quoad factum, non opus est, ut demonstrem. In sola enim laesione quoad factum contingente ius ipsum non amissum esse ipsae leges agnoscunt, et frustra petetur

6

[decorative flourish]

eum remedii huius extraordinarii haud indignum redderet n). Insimul quoque ob extraordinariam et subsidiariam huius beneficii rationem illud non aliter, nisi ordinario, quo sibi consulere posset laesus, remedio deficiente o), et propter laesionem, quae leuioris momenti non esset p) concedere voluerunt. Atque ideo, ne incaute tribuatur auxilium, antequam laesus eius particeps reddatur, curatam requirebant causae cognitionem q). Praeterea quoque ipsa facultas

retur restitutio amissae causae, si ab his iura integra et intacta seruata sunt l. 16. D. de minor. l. 2. l. 4. C. de praed. et aliis rebus min. non sine causa alien.

n) Expressis verbis Praetor causam iustam presupponit in clausula generali infra referenda.

o) Nam si quis communis auxilio, dicit l. 16. cit. de min. et mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium. Quod tamen ita intelligendum est, ut leges tamen permittant praeferre remedium extraordinarium, si sit melius et pinguis ordinario l. 3. C. si Tut. vel Curat. interu.

p) Ne propter satis minimam rem vel summam maiori rei vel summae praeiudicetur; sunt verba l. 4. D. de in integr. restit. Fluit hoc ex natura remediorum extraordinariorum, et differunt haec in eo ab ordinariis. Quamvis enim in ordinariis negotiis etiam saepe rei minimae intuitu Praetor iudicium dare solet, quod patet ex §. 16. Inst. de Rer. diuin. tamen in extraordinariis remedii indulgentis difficilior esse constituit, ne maiori rei, negotio scilicet summo iure valido, nimis temere praeiudicium fiat. vid. Voet. ad Dig. Tit. de in integr. restit. §. 10. Vnde tritum illud: Minima non curat Praetor; hoc referri potest.

q) Necessaria haec causae cognitione dirigenda est non solum in ipsam laesionis qualitatem, sed potissimum eo; ut iudex iustitiam earum causarum

tas hoc remedio utendi arctiori temporis spatio sicut in-  
clusa r.)

### §. IV.

#### *Cause Restitutionis in integrum.*

Iustam requiri causam, ob quam concedenda sit resti-  
tutio in integrum, in prioribus dictum est. Superest, ut  
iam ipsae cause hae indicentur. Et hoc respectu in genero  
asserri potest, praetores in determinandis his causis eo re-  
spexisse, an ipsi laeso causa laesione merito et pro aequi-  
tate imputari posset, nec ne? Cum enim sola aequitatis  
naturalis consideratione commoti hoc beneficium introdu-  
xerunt, simul vero ius ciuile non pro mero lubitu corrigerere  
vel mutare potuerunt, facile perspicitur, eos tales causas-  
quibus quis propria sua negligentia culpabili, vel casu mere  
fortuito s) lapsus esset, ad fundandum hoc remedium ad-  
mittere noluisse; nec auxilium suum modo liberaliori, quam  
fas

farum examiner, an verae sint, quorum nomine singulis subuenit: quod  
expresse disponit 1. 3. D. de in integr. Refit.

r) De fatis huius spatii quadriennalis agere et in controversiam, de  
praescriptione restitutionis in integr. ex iure nouiori actitaram, me im-  
miserere, scopus dissertationis meae non permittit. Conferantur vero me-  
rito III. C. LÜCKIR sub praef. 10. CHRIST. WOLTAIRII, Halae  
1776. defensa Diss. de vita petendi restitutionis in integr. praetoriae  
et Perill. KOCCHII diss. de Praescriptione restitutionis in integr. Gieffae 1780.

s) Propter laesionem cau fortuito existentem locum non habere resti-  
tutionem ex generalibus juris principiis facile comprobari potest. Ipsa  
Quoque lex 11. §. 4. et 5. D. de minor. id aperte statuit.

B

10

fas erat, et ita praebere voluisse, ut omnia negotia sub specie aequitatis interverti et rescindi potuissent. Determinatae hinc fuerunt speciales causae, propter quas restitutio in integr. locus daretur, et in his determinandis ita versati sunt Praetores, ut pro diversa hominum, negotia obligatoria gerentium, qualitate, potissimum habita aetate ratione i) maiores inter et minores differentiam attenderent. Cum enim minores XXV. annis propter lubricitatem aetatis ex actibus, quibus ius et obligatio produci potest, facillime in damnum incurre et laedi queant, his indistincte subueniendum et negotia eorum damnoſa rescindenda esse, aequum iudicarunt, ita, ut nil nisi veritas laesione adesse debeat. Quoad maiores vero, cum hi facilius sibi prae-  
cavere et negligentiam evitare possent, in horum negotiis rescindendis solum eos casus praefruerunt, quibus vel nulla ipsorum culpa adesset, vel ex alterius laudentis, quo-  
cum negotium gestum atque huic lucrum injustum adqui-  
fitum esset, caliditate et facto illico negotium evaderet  
damnoſum, ac hinc ius fasque esset, ut laesis subuenire-  
tur. u). Ipsae vero hae determinatae causae fuerunt sequen-  
tes

i) Huc quoque referendos esse eos, quibus leges beneficia minoribus concessa tribuant, non est, quod moneam.

u) Alio modo has causas restitutio in integrum determinatas repræ-  
sentant Iureconsulti fere omnes. Dividunt enim causas restitutio in determinatas et indeterminatas; inter illas referunt causas a Praetore no-  
minatim expressas, in singulis digestorum titulis occurrentes; causas indeterminatas vero in clausulam Praetoris generalem reponunt. Arque in  
hac demonstratione ita versantur, ut potiorem causarum determinata-  
um et indeterminatarum in eo ponant differentiam, quod Praetores re-  
spectu

II

tes x): *Absentia* tum laesi haud reprobata, tum alterius, quocum negotium esset; *Metus* ab altero laedente illatus; *Dolus* aduersarii; *Status familiae mutatio*, vel *Capitis diminutio*; *justus laesi Error* y); *Alienatio* a laedente *Iudicij mutandi causa facta* z). Praeter quas causas nulla alia a Praetoribus fuit definita.

B 2 §. V.

spectu causarum determinatarum solum laesiorum ex causa oriundae probationem sufficientem iudicarint; quoad causas indeterminatas vero simul desiderarint, vt quoque a laeso defectus culpae ostendatur et probetur. At equidem talem causarum indeterminatarum classem imaginarie inuentam, et ex interpretatione clausulae generalis nimis extensa ortam, eam vero, quam in §. protuli representationem et ipsi restitutionis in integrum indoli et vero clausulae generalis sensui adaequatam esse, persuasi sum.

x) Singulas has causas in singularibus digestorum titulis, at alio ordine, relatas et exppositas esse, neminem latet; rationem, cur equidem eas alia serie recensere maluerim, in sequentibus adferam.

y) Haec restitutionis causa non solum extra ordinem Libri Digestorum IV. qui de restitutionibus praecipue agit, sed et adeo in speciali titulo traditur, sc: Libr. XXVII. Tit. 6. *quod falso tute ore gestum esse dicitur*; quamvis, quod infra demonstrandum, generale de iusto errore contineat argumentum.

z) Causa haec a nonnullis inter veras restitutionis in integr. causas non refertur, eam ob rationem, quod non ad rei redintegrationem, sed solum ad laesum indemnum praefandum comparata sit, de quo jam in nota f) ad §. 2. egi. Accedit etiam aliud argumentum, quod sc: haec restitutionis causa non a Praetore, sed ex edicto proconsulari orum duixerit l. 1. l. 3. §. 4. D. de alien. jud. mut. caus. facta. Interim his non obstantibus eam inter causas hasce referri posse opinor.



## §. V.

*Clausula Praetoris generalis exhibetur.*

Cum Praetor inter causas laesioris legitimas, ex quibus restitutio in integrum concedenda sit, etiam absentiam retulit, in ipso eo edicto, quo de hoc argumento statuerat *a*), vnicam absentiae causam expressit, simul vero apposuit suae dispositionis explicationem magis generalem, quae vulgo nomine clausulae Praetoris generalis venit. Quam ut in extenso adferam, finis dissertationis meae exposcit. Seruauit hanc formulam *VLPIANVS b)* cuius descriptio sequentem in modum in Pandectis occurrit *c)*; „Si ciuius quid de bonis, cum is metu, aut sine dolo (malo) reipublicae cauſa abſeret, in ve vinculis, servitute, boſtiumque potestate eſſet; ſive cuius actionis eorum cui dies exiſſe dicetur *d*). Item ſi quis quid uſuſum feciſſet, aut, quod non utendo amisi, conſecutus, actioneve quaſolutus ob *id*, quod dies eius exierit, cum alſens non defendetur,

*a)* Autorem hujus formulae fuſſe Praetorem *PUBLICUM*, et quidem eum cui debemus publicanam in rem actionem Tot, tit. D. de *public*, in rem *act*. a nonnullis recte adseritur ob l. 57. d. *mandati*; §. 3. et 4. Inst. de *act*. Vocatur enim ipſa *actio* restitutoria ex hoc edicto quoque *publiciana*. An vero hic *PUBLICIVS* idem ille fuerit, cuius *CICERO* pro *Cluent*, 45. meminit? ex infra dicendis negari potest, licet *BERTRANDVS* vit. iurisp. II. 16. id putaverit, vid. *HEINECCIUS* in *Elem*. *fur*. sec. ord. *Pand*. L. IV. T. 6. §. 523. in *not*. et *illuſtr*. *BIENERVS* in *cit*. *difſ*. p. 24.

*b)* in *Libr. XII. ad Edictum*.

*c)* l. 1. ex quib. cauſſ. maj. *XXV. annis*, etc.

*d)* quid ſignificant verba, *actio ciuius dies exiſſe dicetur*, et *actio exēmita*, infra explicetur.

tur, in ve vinculis esset, secumve agendi potestatem non faceret, aut cum eum in uitrum in ius vocari non liceret, neque defendetur: (cumue magistratus de ea re adpellatus esset, siue cui pro magistratu e,) sine dolo ipsius, alio exempla esse dicetur: earum rerum actionem f) intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas erit. Item si qua alia mibi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam: quod eius per leges, plebiscita, senatus consulta, edicta, decreta Principum, licebit.

### §. VI.

#### Diversae de hac Clausula Sententiae.

Variae iam sunt opiniones, quibus ansam dedit investigatio et explicatio famosae huius clausulae, quarum praecipuas ad tres sequentes clasas reducere possum. I. pluri-  
mimi hanc clausulam generaliter et mere extensie interpre-  
tantur, dum sibi persuadent, Praetores Romanos praeter  
causas restitutionis determinatas alias quoque, in quibus  
quis sine sua culpa et ex qualibet facti alicuius ignorantia  
haud imputabili laesus fuerit, sibi in genere reservasse  
at-

B 3

e) Loco verborum pro magistratu legendum esse per magistratum ab aliis jam demonstratum est. BRUCKNER cit. Diss. §. 7. n. 3. p. II.  
III. BIENER in cit. Diss. c. 5. § 25. Confirmatur quoque hoc per ipsam  
I. 26. § 4. cit. Tit.

f) Sub his terminis indicatur ipsa actio restitutoria, seu, uti quoque vo-  
catur, publiciana; quae competit tum absenti, qui ius suum per praefcri-  
ptionem amisit, tum praesenti, cuius ius ab absente exclusum est, eum  
in finem, vt res cum omni causa vel actio amissa, rescissa praescriptione,  
restituatur. I. 23. §. 2. I. 27. I. 28. §. vlt. D. I. vlt. C. d. T. §. 5.  
Inst. de att. Hanc actionem etiam per modum exceptionis competere  
posse, non est, quod moneam. I. 28. §. 5. cit. tit.



atque edictis vel decretis suis omnibus hac ratione laefis auxilium promississe g). Conisciunt enim de Praetoris hac in re statuendi et iudicandi ratione, cum, licet nonnullae causae per Edictum suissent designatae, tamen manus suas sibi non ita constrictas iudicasse, ut nulla amplius ipsi sit potestas in integrum restituendi, potius eum ex aliis quoque causis, quae forte pro ratione circumstantiarum iustae viderentur, restitutionem concedere voluisse h). Atque haec opinio a Practicis fere omnibus adoptata et in foro recepta est i).

### §. VII.

g) Ex numerosa ita sentientium copia saltim eos recensere luber, quorum scripta equidem ipse in elaborando hoc specimine inspicere et perlegere potui. Sunt inter hos multi, qui operam dant, causis ipsis, in quibus clausula ista generalis praeter absentias causam adPLICANDA veniat, referre et investigare. BARTOLVS et BALDVS ad I. 26. §. 9. D. Ex quib. caus. maj. LAVTERBACH in Colleg. theor. pract. ad eund. tit. §. 27. CYPRIANVS REGNERVS in Disp. ad LL. Pand. difficil. Disp. X. SFORTIA ODDVS in cit. Tr. de refit. in integr. Quaeſt 8. n. I. — 9. HVBER in Praelect. ad Pandect. Tit. ex quib. caus. maj. §. 4. BRVCKNER in Diff. supr. cit. LEYSE R in med. ad Pand. Sp. 64. WAHL in Progr. de refit. in integr. aduersus rem iudicatam. Goettingae 1751. SCHAVMBVRG in Comp. Iur. Dig. L. IV. T. 6. §. 4. et 5. HELLFELD in Jurisp. for. § 437. WERNHER in Obser. P. 1. obs. 45. n. 9. et obs. 52. P. 3. obs. 9. MEVIVS p. 3. Decis. 178. et multis aliis locis.

h) BRVCKNER in cit. Diff. §. 6. p. 9. IO. qui simul putat, praetorem illis in casibus, vbi praeter causas nominatas concederit restitutionem, eam non ex Edicto sed singulari decreto adjudicasse. Eadem opinionem fovet WAHL in progr. cit. At hanc conjecturam iustis argumentis vel probabilem reddi posse, vix credo.

i) vid. SFORTIA ODDVS, WERNHER, MEVIVS, LEYSER, L. C. GAIL L. I. obs. 143. L. II. Obs. 19. n. 19. BRVNNEMANN in Com-

## §. VII.

## Continuatio prioris.

II. Nonnulli vero ex iureconsultis incommoda ex liberaliori et nimis ampla clausulae huius praetoriae extensione profuentia sentientes, eam restrictissime interpretandam, et de solis causis absentiae iustis intelligendam esse, credunt. Hinc verbis initialibus clausulae editio adiectae vocem absentiae adiungere malunt, ac si Praetor ita locutus esset, vel eloqui voluisset: *Si qua alia iuxta absentiae causa mibi videbitur etc.* Et horum quidem ita statuentium pauci sunt, at vel omnes fama et auctoritate inclarescentes k). III. Alii porro inter duas has extrebas sententias medianam quasi viam eligentes nec nimis late hanc clausulam interpretantur, nec tamen strictissimam explicationem probabilem credunt,

B 4.

Comment. ad Pand. ad Tit. quib. ex causis mai. n. 4. et 8. STRYCK in Vs. mod. L. 4. Tit 7. §. 6. BRUCKNER in Diff. cit. §. 10. Et quidem Praxis hoc remedium generale ita extendit, vt non solum tanquam remedium principale laefis peritentibus contra negotia iure valida facile concedatur, sed et adeo ut in aliis causis incidenter etiam non expresse petitum ex solo officio iudicis brevi manu, ut vocant, concedi queat, si laesio sit incontinenti liquida. HELLFELD in Iuriſpr. forens. §. 433. not. f. Hanc speciem restitutionis breui manu impetrandam saepissime occurrere in litibus propter fatalia omisſa, neminem latet. conf. A. FR. REINCHARD Rsp. I. C. ESCHENBACH Disp. de refit. in integr. quae fit breui manus.

Bizow 1777.

k) CVIACIVS in paratil. ad Tit. Dig. ex quib. caus. mai. praefertim ad l. 16. et 30. c. Tit. Idem in observ. et emendat. L. XXI, cap. 18. HVNNIVS var. resol. L. 2. Tract. 3. q. 16. TREVTLER in Disp. ad Ius Civ. Iustin. Vol. 1. Disp. XI. Th. 17. quaest. 98. FABER in Rational. mai. ad Pand. ad. l. 26. §. 9. D. ex quib. caus. mai. WESENBECK. in Com



dunt, calculum suum ita formantes: Restitutionem ex clausula generali quidem propter causam absentiae proxime determinatam esse, interim tamen Practorem quoque ex aliis praeter absentiam causis eam adplicare voluisse, non quidem ad omnes omnino causas, sed tantum ad eas, quibus quis ob iustum aliquid impedimentum laetus fuissest <sup>1)</sup>). Interim tamen non omnes in determinando tali iusto impedimento conueniunt, sed partim in dandis certis regulis occupati sunt <sup>m)</sup>, partim solas eas causas, quae causis absen-

tiae:

Comment, ad Pand. Tit. ex quib. cauf. mai. n. 10. MEIER in Coll. Iur. Argentorat. cit. Tit. §. 23. P. MÜLLER in Comm. ad STRVVI Syntag. I. ciu. Ex 8. th. 69. et 75. SCHILTER in Praxi Iur. rom. Ex XI. §. 29. HEINECCIUS in Elem. Iur. civ. sec. ord. Pand. L. IV. Tit. 6. §. 522. et in not. ad STRVVI Iurispr. for. L. III. Tit. 22. §. 22. TEXTOR in cit. Diff. th. 22. DOMPIERRE DE LONQVIER in cit. spec. III. BIENER. in cit. egreg. Diff. Hist. iur. civ. de restit. in int. Cap. 5. p. 25.

<sup>1)</sup> Reste quidem nonnulli distinguunt inter impedimentum iuris et facti. ECHOLT in comp. Pandect. Tract. L. IV. T. 6. §. 1. BEYER in delin. iur. civ. Sec. pand. L. IV. T. 6. th. 9. at in eo nimis liberales sunt, quod ob quolibet impedimentum facti, restitutioni locum esse contendant.

<sup>m)</sup> Nonnulli regulam ita struunt: Restitutionem in integrum ex clausula generali in omnibus causis favorabilibus non autem in odiosis locum habere. vid. ANTON CORSET in singularibus Lit. L. n. 139. Ansam dedit huic opinioni dispositio iuris Can. in C. 4. X. de in int. restit. et potissimum ejus inscriptio, quae ita habet: *Restituto ex iusta causa etiam maiori est concedenda, dummodo iusta causa petendi probetur. Si autem non probatur pleie vel semiplene, conceditur restitutio in causa favorabili.* At ex ipsis his verbis nequit concludi potest, regulam ipsam esse propositam, et multo minus hoc ex ipso cauf. in cap. all. decisio apparet. Caeteroquin, sicut et ius Can. talem regulam praefixisset, certe haec in materia iuris civilis, ex solis iuris romani argumentis deciducanda, pro norma non posset adsumi: Primo enim iam inuitus ipsa

tiae iustis similes haberi possunt, admittunt, n) partim sub iusto impedimento talem ignorantiam noxiām, quae laesō imputari nequit; intelligunt. o) Denique dantur et haud pau-

ipſa regula deprehenditur vega, cum ipſa determinatio et distinctio favorabilium atque odiosorum negotiorum in se pro re momenti haud facilis sit habenda, et profecto in adlicatione ad restitutionem in integrum paulo difficultius eſſet. Aliam regulam proponit v o e t : Comm. ad Dig. Tit. cit. §. 8. 9. qnōd nimur per restitutionem redintegratio impetrari poſſit, si ius aliquod non ex generali praescripto legum, ſed quodammodo more inſolito amissum eſt, at etiam hanc regulam iusta determinatione carere in oculos incurrit. Ceterum v o e t i v s ipſe fatetur, faciliores et pronioreſ ad tribuendam restitutionem ex hac clauſula hodiernos mores eſſe, quam ius romanum.

n) Hanc ſententiam cum aliis adoptat ALBERICVS DE R O S A T E in comment. ad T. ex quib. cauſ. mai. l. 26. §. 9. Nimurum, per clausulam generalem rem non committi ſimplici arbitrio iudicis, eumque non poſſe, quem vellet, reſtituere, niſi in cauſis in legibus expreſſis vel ſimilibus, et ubi eſſet eadem ratio vel maior. Eandem ſententiam fouet TITIVS in Iur. priu. Rom. Germ. L. 1. c. 18. §. 12.

o) Quodlibet iustum impedimentum, quod laefiſ non poterat auertere, admittunt STRVVVS in Synt. iur. civ. Exerc. 8. th. 69. 75. et HAHN ad WESENBECK. Tit. ex quib. cauſ. mai. n. 10. Ille tamen ſimiliter diſtinguit, an impedimentum veniat ab ipſo eo, qui laeditur, aut a perſona aduersaria, aut a perſona alicuius tertii, aut a caſu fortuito? Alii in ſpecie tantum cauſam impedimenti ex mero caſu fatali contingentis admittunt, ZOESIVS in Comm. ad Pand. L. 4. T. 6. n. 4. LVDOVICI in doctriña Pandect. L. 4. T. 6. §. 6. Alii vero præter impedimentum cauſale inter cauſas reſtituionis quoque reſerunt errorem, ignorantiam, ac paupertatem, ſi quis propter ea ius ſuum persequi non potuerit. STRVV. in Jurispr. Rom. Germ. for. L. 3. T. 22. §. 22. Ex iis qui reſtituonem in integrum præter absentiae cauſam ob ignorantiam laefiſ



pauci, qui suam sententiam in uestiganda hac clausula genuine prodere supersedent, et in hanc vel illam opinionem fluctuantes p) sibi non consistunt, et eo sibi et aliis intricatam clausulae huius expositionem magis reddunt spinosam.

### §. VIII.

Iaesi admittere volunt, plurimi circa resoluendam quaestione, an restitutioni ob ignorantiam contra praescriptionem locus sit? occupati sunt. **BALBVS** in Tr. de praescriptionib. P. 4. 29. **MAVRITIVS** in tractat. de restit. in Integr. C. 58. seq. **SIM. HENR. MVSAEVS** in Diff. de restitutione in integrum contra praescriptionem ex capite ignorantiae. **Kilon.** 1704. Nonnulli adeo in admittenda hac ignorantiae causa eo progreduuntur, ut ne quidem probationem causae ignorantiae justae pro necessaria habeant, censentes, ignorantem per se negligentem dici non posse, neque indignum iudicari. **TIRAQVELL** de retractu §. 35. **Gloss.** 4. n. 42. in oper Tom III. p. 441. **FRANZ ZOANNETTI** Rer. quotidian. c. 54. conf. **IOH. WUNDERLICH** Rp. **Io. Himesch** in Diff. de restitut. in integr. contra praescriptionem ex capite ignorantiae non competente. **Ienae** 1754. §. 4. et 8.

p) Sic, quid Glossa statuat de interpretatione clausulae praetoriae, non satis constat; in explicatione enim l. i. D. ex quib. caus. mai. primum eam sententiam adoptat, quod clausula saltim de iusta causa absentiæ intelligenda sit, deinde in eam sententiam transit, praetorem restituere, quandoque effet aequum; et hanc sententiam iterum in explicatione l. 26. et 9. D. e. T. repetit. Et pari ratione multi, Glossæ nimis adhaerentes, in exponenda clausula neficiunt, quid sibi velint, et mirandum ideo non est, dari quoque haud paucos, qui, alias in commentandis pandectarum locis sat prolixii, solutionem huius materiae vel plane omittunt vel admodum leui calamo tractant. Sic et mirum non est, in hac controversa materia nonnullos quoque in diuersis suis scriptis, diuersas et contrarias sibi sententias protulisse. Exemplo sint **BRUNNEMANN** in Decisis. Dec. 82. p. 383. **GAIB** in nov. op. consilierum P. I. Conf. I. n. 30. qui solam ignorantiam ex causa absentia pro iusta causa restitutionis habent, cum tamen in scriptis ad §. 6. supra not. c. allegatis aliam sententiam tuerentur.


 §. VIII.

*Sententia Autoris.*

Inter tot et tantas super vero clausulae sensu discrepantias tutius forte foret, medium viam intrare, et eorum sequi sententiam, qui huic clausulae neque nimium tribuunt, neque minus eam restringunt. Atque equidem semper in ea constitutus fui persuasione, quod extensione huius clausulae nimia vero sensu legum plus iusto imponatur, et praesertim potestati praetorum romanorum non solum maior, quam ipsis competit, virtus tribuatur, sed et eiusmodi liberae restitutions applicatione abusibus nimis ampla detur occasio, quod vel ipsa quotidiana experientia et testimonia practicorum aperte docent. Ideo haud aegre in eorum inclino sententiam, qui clausulam praetoris generalem admodum stricte exponendam et de solis absentiae causis intelligendam esse censem. Quare iam ponderatis omnibus, quae in omnem partem disputantur, haud aegre statuo: Praetores facultatem suam restituendi in integrum ultra causas determinatas, et respectu clausulae nostrae ultra casum absentiae haud imputabilis pretendere noluisse, et multo minus sibi potestatem, ex omnibus et quibuscumque laesioris alicuius causis restituendi, reseruisse. Etenim hunc mihi de clausula hac conceptum formo, atque credo, Praetorem *Publicium*, Autorem edicti, dum huic ob causam absentiae proprie proposito subiungeret clausulam, ita argumentatum esse, mentemque suam exprimere voluisse:

„Hucusque potiores recensui causas absentiae, ob quas restitutio-  
nem concessurus ero: Cum vero absentiae haud imputandae  
innumeri dentur casus, qui certis regulis includi nequeunt, et



tamen laesionem inferunt, reliquos praeter memoratos non excluso volo, sed si forte alia iusta absentiae causa occurrat, ex ea laeso potenti restitutionem non denegabo, quatenus illa legum scriptarum dispositioni non aduersatur, nec inde autoritas legum a me defendenda infringitur ,. Quamvis vero haec mea de vero clausulae praetoriae sensu coniectura ipsa auctoritate Virorum supra memoratorum aliquatenus confirmetur, tamen si absque propria meditatione solas opiniones sequi vellem, iusta dignus essem reprehensione, in primis cum plurimi horum virorum magis remissive et festinanter suam sententiam protulerunt, et vix unum alterumue argumentum breuiter tetigerunt. Officii hinc ratio poscit, ad comprobandum vel ad minimum probabilem reddendam sententiam meam, omnia quae proponi forte possunt argumenta coniungere; quem in finem necesse est, ut non solum mentem Praetoris edicentis ex ipso editi et clausulae finalis tenore cruce, sed et ex indole officii Praetoris romani huiusque facultate circa restitutionem in integrum, et ex ipsa hac in materia occurrentium legum ratione ulteriorius thesin meam demonstrare studeam. Praeterea quoque argumenta eorum, qui nimis late clausulam interpretantur, una cum dubiis, quae obstant, multis iisque pro parte grauissimis examinanda sunt et pro viribus resoluenda.

## §. IX.

Argumentum I. *ex tenore edicti et clausulae annexae.*

Primo iam examinandus est ipse fons, qui clausulam nobis exhibet, scilicet l. i. D. *ex quib. caus. mai.* quam supra §. 5. ipsis suis verbis retuli. Postquam VLPIANVS quae-

21

quaedam praefatus fuisset de iustitia edicti eiusque disposi-  
tione, de qua re in sequentibus tractandum, ipsum edi-  
ctum ab eo recensetur. Primo iam aspectu manifestum fit,  
hoc edictum triplici constare membro, et quidem ita divi-  
sum esse. I. In membro priori a verbis: *Si cuius quid etc.*  
*vsque ad verba: dies exisse dicetur; PVBLICIVS praetor*  
*promittit restitutionem iis, qui ob propriam suam absentiam*  
*laesi sunt, et determinatos casus adfert de absentibus ob*  
*metum reipublicae causa sine dolo, propter vincula, seruitu-*  
*rem, et potestatem hostium.* Et quidem cum huius generis  
casus duplice ratione contingere possit, dum scilicet vel bo-  
na absensis usucapione alterius actu sint deminuta, vel de-  
bitor absensis liberatus sit eo, quod actio ab absente cre-  
ditore iusto tempore non fuerint instituta <sup>q)</sup>, in utraque spe-  
cie auxilium daturum esse pollicetur Praetor. II. Alterum  
edicti membrum (quod verbis *Item si quis quid etc. vsque*  
*ad verba experiundi potestas erit r) continetur,) ad casum in-*

C 3

uer-

<sup>q)</sup> Ita explicanda sunt verba huius membra finalia: *fine cuius actionis*  
*nis eorum cui dies exisse dicatur NOODT* in Comment ad Tit. cit.  
Illustr. BIENER in Diff. cit. cap. 5. p. 24. In altera edicti parte iterum  
occurrit hic terminus, deinde vero etiam ponitur *actio exempta*.

r) Occurrunt in hac parte quoque verba: *fine cui pro magistratu,*  
*fine dolo ipsius actio exempta esse dicetur.* Atque haec expreßio: *actio*  
*exempta, idem quidem in genere significat, quod, vii in priori nota*  
*dictum, verbis: dies actioni exisse, volunt, et ita quoque explicat l. 26.*  
*§. 5. cit. tit. verbis: actio exempta sic erit accipienda, si defit agere*  
*posse.* At in specie respectu causae propositae per magistratum exempta vi-  
detur *actio, si gratia aut avaritia compulsius magistratus ius non dixerit,*  
*vel dilationes concedendo efficerit, vt actio eximeretur, i. e. vt actu-  
rus amplius agere non posset, vid. §. praeced. cit. l. 26. cf. quoque*  
III. BIENER l. c. p. 25.



uersum respicit, si praesens per absentiam alterius laedetur, et est hoc a Praetore eo sine additum, ut quemadmodum ille supra scriptas personas adiunxit, ne propter absentiam suam caperentur, ita iis eodem fere modo viceuersa aduersus absentes succurrere velit, ne hi capiant horumque absentia praesentibus sit damlosa. Atque simul hoc membro, plus expressit quam priori, dum non certas personas enumerat, sed omnes, qui absentes non defenderentur, complexus est s). Tota hinc huius distinctionis ratio eo redit, ne absentes aduersus praesentes usucapiant t); si enim praetens agere voluit, absente non defenso, nullus adesset reus, nemo litem esset contestatur, praesertim, si nemo ad defensionem absentis offerre se vellet, et inde elapsa interim tempore nullum aliud patuit remedium u), nisi re-

sti-

s) Praeter discriminem relatum etiam dispositio partis editi secundae a priori in eo quoque differt, quod in priori parte ad defensionem nullus fiat respectus, et indistincte restitutio locum habeat, siue quis defendatur siue non. l. 15. pr. D. l. 1. C. d. t. Secundum hanc dispositionem vero praesens contra absentem non restituatur, si hic defendatur. HEINEC. Elem. Iur. ciu. sec. ord. Pand. §. 515. Et quidem si praesens agere vellet, absentis amici debebant interrogari. an eum defendere vellent nec ne? l. 22. pr. D. cit. tit.

t) Stricto iure enim hoc licitum fuisse putat III. BIENER l. c. p. 24.

u) Dubium hic moueri posset, an hoc in casu restitutio in integrum reuera sit remedium extraordinarium et subsidarium, et anne potius praesens agens remedio ordinario sibi consulere possit, scilicet petendo immisionem in bona absentis. At considerandum est, non semper absentem relinquere bona, et si etiam ea reliquerit, non semper locum esse missione in ea. Et ita VLPIANVS ipse respondit, nec semper latitare, qui sui copiam non facit, nec missione illam, praecipue ex secundo decreto, tam facile impetrari. l. 21. §. 2. l. 23. §. 4. d. t. HEINECCIVS l. c. §. 521.

stitutio in integrum. III. Denique in ultimo membro adiicit clausulam generalem, qua significare vult, quod praetera etiam propter alias in prioribus partibus non expressas causas absentiae, modo sint iustae, restitutionem non sit denegaturus.

### §. X.

#### *Continuatio prioris.*

Quodsi iam tres hae editi Sectiones accurate secum conferantur, ex tenore et tota editi ratione concludere licet: Praetorem, cum in prioribus duabus partibus solum de quibusdam casibus potioribus absentiae vel laesi vel laudentis locutus sit, et non omnes omnino casus referre atque una sanctione comprehendere potuerit, in genere sibi reseruasse facultatem etiam de reliquis *absentiae* causis, quae forte restitutionem mereantur, statuendi, nequaquam vero eum ad omnes omnino praeter absentiam causas respexisse. Si enim id in mente habuisset, certe in recensendis causis quibusdam ad minimum vnum alterumue exemplum de alio praeter absentiam laesiones vel extinti iuris casu protulisset, aut profecto clausulam finalem non in tam arcta connexione, qua ea adiecta est, cum praecedentibus coniunxisset, sed forte eam vel separata elocutione edidisset, vel tanquam regulam generalem praeposuisse, adiectis deinde exemplis illustratio- nis non dispositionis causa. Accedit et ea naturalis ratio, quod ipsa exempla a Praetore relata tales ex innumeris absentiae casibus species sistant, quae vel saepius occurrunt, vel ita sunt comparatae, ut iustitia restitutionis per se pateat. Vnde colligi potest, alios absentiae casus non ita fre-  
quent-



quentes, vel respectu admittendae restitutionis non tam claros et indubios sub clausula ita generaliter comprehendere voluisse Praetorem, ut vi huius reservationis in ea positae pro ratione circumstantiarum in casu tali occurrente vel daret vel denegaret auxilium suum. Sic enim, ut unico exemplo vtar, absentia reipublicae causa talis, quem Praetor proponit, sine dubio inter frequentes et iustas restitutionis causas referri poterat, at absentia alia, quae forte fundamentum proximum in proprio absensis arbitrio vel commode habebat, non per se pro iusta restitutionis causa adsumi et proponi poterat, sed potius vigore clausulae pro ratione circumstantiarum aestimanda, et inde admissio vel reiectione auxilii diiudicanda erat. Atque huc inter alias causas spectat potissimum absentia studiorum causa, haec certe sub causis in edicto relatis non comprehenditur, et tamen laeso propter eam restitutio concedi potest vi clausulae. Confirmantur haec omnia ex ipsis legibus, quae in Tit. ex quib. cauf. mai: post edictum longa serie sequuntur a), in his enim non solum exempla in edicto pro-

a) Ipsa series legum in Tit. cit. comprehensarum quoad maximam partem ita cohaeret, ut speciales in iis propositae dispositiones ad illustrandum edictum, et causas in eo relativos dilucidandos tendant, et quidem secundum hanc delineationem. A) A lege 2. enim usque ad legem 20. proponuntur sanctiones, quibus priori editi parte comprehensae cauiae accuratius determinantur et limitantur, et sequentia ex his formari possunt principia. 1) Quoad absentiam propter metum solum si restituendi sunt, qui non vano sed iusto metu conterriti e. g. mortis vel cruciatus corporis, absunt. 1. 2. et 3. d. t. 2) Respectu absentium reipublicae causa, si solum beneficii participes reddantur, qui publica auctoritate et publici commodi causa absunt. Ubi quoque leges fraudibus, quaes

prolata magis illustrantur <sup>y)</sup>, sed et simul ipsi casus absentiae varii et diuersi sollicite distinguuntur, et iustae restitutio-

nas forte sub colore absentiae reipublicae causa committi possunt, aliisque titulis saltim speciosis occurunt, l. 4. l. 5. l. 6. d. T. quibus iungendae l. 35. l. 36. l. 37. l. 38. c. T. <sup>3</sup>) Pariter, quod spectat ad alios ob necessitatem sine dolo malo absentes, determinant, quibus propter vincula, seruitia, et captiuitatem remedium competat, quibus vero non l. 9. IO. II. 12. 14. 15. c. t. Denique in his omnibus tam quoad egressum et redditum proficcentium vel absentium iustos limites ponunt, l. 15. §. 3. l. 16. l. 35. §. 9. l. 36. l. 37. l. 38. c. t. quam et ratione procuratoris, quem absentes forte reliquerunt, iustum adjungunt determinationem. B) Quod vero alteram edicti partem attinet, theses in ea comprehensae eodem ordine inde a lege 21 dilucidantur, ita ut praemissis quibusdam generalibus de obiecto huius partis edicti et de defensione l. 21. et 22. c. t. definiantur absentes, qui vel potestatem agendi non faciunt, vel latitant, porro ii, qui in ius vocari nequeunt, et denique ii, quorum actio per magistratum sit exempta; l. 23. l. 24. l. 25. l. 26. §. 4. 5. 6. d. t. C) Postremo alias leges tertiam edicti partem, nempe clausulam generalem concernunt, et praeter explicationem huius clausulae, quam continet l. 26. §. 9. cit. alios ad hanc clausulam spectantes casus referunt; nimurum de iis, qui testimonii, cognitionis vel adpellationis causa euocati sunt; de absentibus studiorum causa, de iis qui fideiussorum datione capti sunt l. 28. l. 33. l. 40. cit. lit. Reliquae leges sub finem huius tituli occurrentes, partim actionem rescissoriam concernunt, partim ad casus in prioribus legibus relatios se referunt.

<sup>y)</sup> Multi Ictorum hanc materiam de restitutione ex capite absentiae alio et dogmatico modo explicare, similius leges huc pertinentes suo systemati subornare amant, dum absentiam distinguunt in laudabilem, visuperabilem, et indifferentem, et quamlibet harum specierum iterum in necessariam et voluntariam distribuant. LAVTERBACII in Coll. Th. Pr. L. IV. T. 6. §. 7. seq. aliique. At equidem persuasus sum, leges ipsas,

D

quae

tionis ob absentiam causae ab iniustis et frivolis aderante se-  
parantur.

### §. XI.

*Remouentur nonnulla dubia.*

Quamuis autem, quod equidem credo, ex ipso edicti tenore concludi possit, illud solum de absentiae, non autem de reliquis causis intelligendum esse; tamen dubia quedam obstant, primo intuitu fat grauia, quae hinc, antequam ad alia transgrediar argumenta, tollenda esse iudico. I. VLPIANVS in praefatione, quam edicto praemisit, sumarie indicare videtur, quid sub eo comprehendatur, et hic affert, edictum concernere eum, qui vel reipublicae operam dabat, vel adverso casu laborabat. At, quod inferri posset, sub hac posteriori specie omnes comprehensi videntur, qui quolibet adverso casu impediuntur, quo minus ius suum persequi possint; quales vero non solum absentes, sed et praesentes esse possunt, e. gr. qui furore, morbo, luctu domestico aliquis huius generis impedimentis detinentur z). Verum quam speciosa etiam sit obiectio haec, forte mouenda, tamen eam facile refoluendam esse puto. Sine dubio enim contendi potest, VLPIANVM sub his, qui aduerso casu laborabant, solos absentes intellexisse, eos nempe, qui

ob

quae ceterum ad talis subtilem distinctionem nequidem implicite respi-  
ciunt, ad hanc diuisiōnē non nisi contorta ratione adipicari posse, et  
melius oīe, si in adipicanda legum dispositiōne principia a legibus pro-  
posita obseruentur, et aliis, praeter expressos, casibus nullus de regula  
detur restituōni in integrum locus.

z) BRUCKNER in Diff. cit. §. 7. n. 2. p. II.

ob aduersum casum impediuntur esse in eo loco, quo res petenda vel actio instituenda esset. Ex toto enim contextu edisti appareat, non solam absentiam nec solum impedimentum sufficere, sed utrumque ita copulatiue requiri, ut quis absens sit propter impedimentum iure ad fundandam restitucionem probatum. Hinc sequitur, totam hanc thesin intelligendam esse de eo, qui ideo absens est, quod aduerso casu laborabat. Alius isue generalis sensus huic **VLPIANI** dicto eo minus tribui potest, cum in sequentibus demonstrandum erit, ipsum illud clausulam de sola absentia interpretari. Si vero etiam concedatur, **VLPIANVM** in genere de omnibus aduerso casu laborantibus locutum esse, hoc tamen ideo per se verum sensum clausulae non infringeret, cum inde nihil aliud sequeretur, quam quod ipse **VLPIANVS** edictum Praetoris ultra mentem Auctoris sui Publicii nimis ample exposuerit. II. Grauius vero obmouetur dubium ex ipsis exemplis in edito relatis, praesertim ex verbis aut cum eum inuitum in ius vocare non licet, neque defenseretur, cumue magistratus de ea re appellatus non esset etc. Hic enim opponi posset, eum, qui inuitus in ius vocari nequit, non praecise esse absentem, quid quod ipsum magistratum, qui in ius vocari non potest, esse praesentem a). Porro in eo casu, ubi per magistratum exenta dicitur actio, non supponi absentem aduersarium, sed quoque casum existere posse quoad aduersarium praesentem. At etiam hoc dubium euaneat, modo perpendatur, Praetorem non praecise pro absente habere eum, qui corpore absens est, sed et eum inter absentes referre, qui corpore quidem praesens

D 2

est,

a) BRYCKNER l. c. n. 3. 4. P. II.



est, ast ob impedimentum, quod eum ab instituenda petitio-  
ne in iudicio sine sua culpa repellit, non agit; talis enim pro  
absente in sensu iuris habetur; et hoc sensu adsumi potest is  
aduersarius, quem vel inuitum in ius vocare non licet, vel  
cuius causa magistratus in detrimentum potentis ius red-  
dere non vult b). Praeterea quoque ex ipsis verbis formu-  
lae allegatae adiecit: neque defenderetur: colligere licet, edi-  
ctum tales personas pro absentibus sicut talibus habere e. gr.  
parentes et patronos (quos inuitos in ius vocare non li-  
cuit); alias enim haec adiecta verba: neque defenderetur;  
quippe quae, in consueto significatu sumta, verum aduersa-  
rium absentem esse demonstrant, forent c) superflua. III. Ex  
articulo clausulae finali praeposito, item, nonnulli argumen-  
tari volunt; dispositionem clausulae respectu priorum edicti  
hadam in modum sententia sicut absentiis amissione  
subveniendo operantur.

b) *Absens* in genere dicitur is, qui non est eo in loco ubi petitur  
1. 109. D. de *Verb. sign.* Profecto in hac materia nonnulli praesentes  
ex fictione Praetoris pro absentibus habentur, et tanquam tales restitu-  
tione in integrum fruuntur. Referendi huc sunt, qui ita sunt impediti,  
ut iure suo vti nequivierint. Illustrari hoc potest ex pluribus in legibus  
nostris occurribus exemplis. Sic absentes habentur vinculis detenti  
aut ita alligati, ut fine dedecore in publicum prodire non possint. L. 9.  
et 10. D. ex quib. caus. mai. Sic milites habentur pro legitime absenti-  
bus, tum urbanici 1. 35. §. 4. D. c. t. tum omnes, quibus a signis re-  
cedere prohibitum 1. 45. c. t. immo Romae militantes 1. 7. D. c. t. Sic  
et ratione eorum, qui secundum agendi potestatem non faciunt, qui videlicet  
iudicem corrumpendo agunt, ne secundum agatur, talum casum absentias  
sicutae a Praetore indigitari ex. 1. 26. §. 4. c. t. asteri potest.

c) Confirmat hoc explicatio in 1. 26. §. 3. occurrens verbis: Deinde  
adiicit (Praetor) neque defenderetur: quod ad omnes supra scriptos per-  
tinet, praeterquam ad eum, qui absens quid uscepit: quoniam plane su-  
pra de eo causum est.

sectionum disiunctive sumendam, et hinc plane generaliter intelligendam esse. Cui argumentationi, quod equidem opinor, maior adeo vis adiungi posset, si quis in ipsis verbis clausulæ sat generalibus, si qua alia causa etc. et videbitur mentem edicentis Praetoris magis generalem quaerere vellet. Interim etiam haec me non mouent, vt a mea sententia discedam; nam articulum item plane coniunctuum et relativum esse, atque sanctionem clausulæ non aliter nisi respectu ad priores partes editi habitu sumi posse, iudico. Facillime hoc ex ipso editi tenore probari potest, quippe in cuius prioribus partibus duplex casus diuersus iuxta se pariter per articulum item atque ita positus est, vt clare patet, clausulam finalem in coniunctione cum toto contextu sumendam, et hinc plane ad thesin in eo propositam referendam esse. Cum enim prior editi pars solam proponat absentiam; reliquæ sequentes partes ob istam coniunctionem duplicum non aliter, nisi de substrata materia, sc. de absentia intelligi possunt: praesertim cum ordinario hic articulus item in sensu relativo cum propositione, ad quam accedit, praecedente sumendus sit d). Accedit quoque aliud, quod itidem ex ipsa natura clausulæ deriuari debet, argumentum e). Ceterum vero quod ipsa generalis elocutio

D 3

de

d) Articulum item pro dictione repetitua praecedentium qualitatum sumendum esse comprobant BARSCHAMP in Radice *Clausularum* C. 16. §. 14. p. 373. BEGOLD in thes. pract. cum addit. DIETHERRI sub voce Item p. 435. et in Thes. contin. p. 307. Saepius quoque in tali significatu relatio in ipsis legibus occurrere hanc particulam confitat ex 1. 63. D. de Leg. 3. l. 5. pr. D. de appellat.

e) Clausula nimurum haec finalis in se est suppletoria et referatoria, et hinc ex natura clausularum huius generis non solum in nexus cum praecedentibus.



*de alia iusta causa* non aliter nisi de alia iusta absentiae causa intelligenda sit, iam demonstrauit; verbum vero videbitur f) plane non obstat, cum hoc verbo Praetor nihil aliud significare velit, quam instituendam super futuris causis absentiae non memoratis cognitionem.

### §. XII.

*Arg. II. Ex Interpretatione VLPIANI in l. 26. §. 2.  
ex quib. cauf. mai.*

Magis adhuc illustrari potest argumentum prius, si cum eo coniungamus alterum II. quod nobis ipse VLPIANVS clausulam hanc exponens subministrat. Et eo fortius hoc argumentum esse iudico, quo grauius esse debet testimonium eius, cui ipsum fontem debemus, et qui quasi pro altero clausulae nostrae auctore haberi potest. Postquam enim VLPIANVS clausulam ipsam retulisset, ipse deinde in l. 26. §. 9. *ex quib. cauf. mai.* (quae tota lex illustrationem totius editi, ut supra dictum, continet,) clausulam finalem ita interpretatur :

„Haec

cedentibus sumi et ex his explicari debet, BARSCHAMP in rad. claus. C. 19. §. 1. et 6. p. 431. sq. sed et ipsa haec collatio cum prioribus sicut est sumenda, nec ultra verum sensum eorum, quae prius prolati sunt, extendi debet.

f) Etiam super verbo *mibi*, quod voci videbitur annexum est, prostant examina doctorum, an sc. eo praetor indicare voluerit, quod sibi sibi non autem reliquis magistratibus competat facultas restitutionem concedendi; at talem discussionem, cum ad generalem restitutionis in integrum doctrinam spectet, lubens praetermitto.

„Haec clausula editio inserta est necessario: multi enim casus evenire potuerunt, qui deferrent restitutio[n]is auxilium: nec singulatim enumerari potuerunt, ut quotiens aequitas restitutio[n]em fuggerit, ad hanc clausulam erit descendendum: ut puta legatione quis pro ciuitate funtus est: aequissimum est eum restitui, licet reipublicae causa non absit: et saepissime constitutum est, adiuvari eum debere: sive habuit procuratorem, sive non. Idem puto, et si testimoni causa sit euocatus ex qualibet prouincia, vel in urbem, vel ad principem: nam hic saepissime est rescriptum subueniri. Sed et his qui cognitionis gratia, vel appellationis peregrinati sunt, similiter fuluentum. Et generaliter quotiescumque quis ex necessitate non ex voluntate absfuit: dici oportet, ei subueniendum. „

Manifestissimum iam esse puto, ipsam hanc interpretationem clare indigitare, quod clausula Praetoris de nulla alia nisi absentiae causa intelligenda et ultra eam non extendenda sit. Interim non nego, dari etiam inter aduersarios nonnullos b), qui ipsam hanc expositionem ad probandum suam de ampliori clausulae sensu sententiam adducunt; moti praesertim verbis **VLPIANI**:

„Multi enim casus evenire potuerunt, qui deferrent restitutio[n]is auxilium: nec singulatim enumerari potuerunt, ut quotiens aequitas restitutio[n]em fuggerit, ad hanc clausulam erit descendendum. „

Ex hac enim generaliori elocutione concludere volunt: VLPIANVM clausulam hanc interpretaturum non solum speciales quosdam absentiae casus exempli loco referre, sed et simul, ne quis hos modo admissos crederet, generalem explica-

b) BRUCKNER in Diff. cit. §. 7. p. 13. seq.



plicationem addere, et inde commonstrarare voluisse, quod clausula ad omnes iusti impedimenti cuiusdam casus debeat applicari. Huic vero haud leui obiectioni tamen ex mea sententia grauiora possunt oppugnari. Si enim **VLPIANI** mentem recte capere velimus, proposito 1) eam ex toto hu-  
ius §. 9. contextu depromamus, necesse est. Omnia nimi-  
rum in eo ita cohaerent, ut ea non aliter nisi de solis ab-  
sentiae causis intelligi merito possit. Quamvis enim ab ini-  
tio in genere de impedimentis fortuito contingentibus lo-  
quatur **VLPIANVS**, tamen ipsa exempla simul addita so-  
lum absentiae casus fistunt, et denique ille ipse in conclu-  
sione, necessario coniunctim cum praecedentibus sumenda,  
repetit et determinat suam explicationem, addens:

*„Et generaliter, quotiens quis ex necessitate non ex volun-  
tate absuit etc. „*

Quae ultima verba non solum clare de sola absentia lo-  
quuntur, sed generalem regulam, ex qua tota interpretatio  
clausulae determinanda sit, manifesto format. Quodsi vero  
quis 2) alium sensum **VLPIANO** tribuere velit, sive in eum  
erit iniurius, sive ratione eius obscuritatem et contradic-  
tionem redarguens. Cum enim ille aperto interpretem  
huius clausulae data opera egit, praesumi nequit, atque pro-  
magna eius auctoritate et consueto eius in legibus inter-  
pretandis solidoque more eo minus praesumi potest, eum  
obscurum et sibi non consistentem fuisse i). Attamen, si  
in

<sup>i)</sup> **VLPIANVS** proposito inter eos Romanorum Iureconsultos referri  
nequit, quibus scribendi genus obscurum, interpretatio ambigua vel de-  
fectus constantiae obici possunt; potius egregia differendi et docendi  
facultate

in una propositione duplēm regulam generalem vtramque vero contradicentem dedit, a nota inconstantiae nemo eum posset liberare. Praeterea 3) **VLPIANVS**, si clausum de aliis praeter absentiam casibus voluisset explicare, inter relata de sola absentia exempla unum vel alterum de aliis iustis impedimentis proferre non neglexisset, nec de foliis absentibus ob necessitatem talibus regulam formasset. Accedit et id, quod tempore **VLPIANI**, ut ipse fatetur k), casus innumeri iam debuerunt esse cogniti, in quibus restitutio in integrum vel impetrabatur vel denegabatur, et hinc copia recensendorum casuum ipsi deesse non potuit l). De-

nique

facultate pollebat, quod eo feliciter coimonstravit, cum a sectarum studio alienus quasi herciscundus saepius eo laborauit, ut diuersas sententias conciliaret, vel alterutri magis probatae auctoritatē attribueret. De quo plura ex ipsis legibus luculentia testimonia proferri possent; et merito ideo **MODESTINVS** eum ιερατίσον τὴν τέχνην τῆς σοφίας appellat. **CVIACIVS** in *Emend. et obseru.* L. XXVII, cap. 23. Sic et a **ZOSIMO** Hist. I. II. vocatur *iurisconsultus praefantissimus*, qui et res praesente reōe dispone et futura collide propsicere poterat. Aliud quoque egregium de eo elogium habet, **LAMPRIDIUS** in *Alex.* cap. 51. qui ideo *Alexandrum summum imperatorem fuisse*, ait, *quod VLPIANI potissimum consilii reverit rem publicam*. Plura de ipsis D<sup>o</sup>-MITII VLPIANI meritis inuenieris apud **GVL. GROTIUM** de *vitis Iurisconsulti* Lib. II. cap. 10. et 10. **BERTRANDVM** in *Biois regum* fine de *Iurisperitis* Lib. I. quae ambo scripta inserta sunt **ANT. SCHUL-TINGII** *Iurisprud.* *Anteiusfin.* Lips. 1737. p. 537.

k) Vocat enim **VLPIANVS** in I. I. cit. editi huius causam *inſuffi-  
mam* et in §. 9. cit. fatetur, multos eueniē posse casus, qui *restitutionis  
auxilium* deferrent.

l) Et eo magis multi casus **VLPIANO** cogniti esse debuerunt, quo maior eius apud Imperatorem et in iudicando fuit auctoritas.

E



nique 4) hanc interpretationem etiam magis confirmat ipsum **IVLII PAVLI** testimonium <sup>m)</sup>, qui praeter absentiam nullas alias nisi in Edictis expressas causas recenset, et certe non siluisset, si clausula hac generali Praetor aliis quoque praeter absentiam casibus facilem dare voluisse adiutum. Atque hoc argumentum eo fortius est, cum non solum **PAVLVS** fuit **ULPIANO** coaeetus, sed et carpendi studio abreptus <sup>n)</sup> quamvis occasionem arripuit, sententias aliorum etiam doctissimorum Iureconsultorum perstringendi et reprehendendi, quo praeditus animo is profecto non intermisisset annotare, si Praetor vel **ULPIANVS** circa iustum clausulae determinationem quid omisissent. Et haec sunt argumenta, quibus ex ipsa natura clausulae generalis eiusque interpretatione legitima demonstrari potest, clausulam generalem ultra casus absentiae non esse extendendam. Superest, vt etiam alia argumenta, quae tam ex legibus quam ex indole officii Praetoris et ipso fine restitutionis in integrum depromi possunt, ad maiorem sententiae meae confirmationem proferantur et enodentur. Quorum tractationi, cum prior sat prolixa sit, alteram dissertationis meae sectionem destinaui.

<sup>m)</sup> Habet enim **PAVLVS** in Rec. Sent. L. I. Tit. VII. §. 2. *Integri restitutionem tribuit Praetor ex his causis, quae per metum dolum et statutus permutationem et iustum errorem et absentiam necessariam et infirmitatem aetatis gesta esse dicuntur.*

<sup>n)</sup> **MASCOV** de Sectis Sabin. et Procul. C. 8. §. 8. **HEINECCIVS** in hist. iur. L. I. C. 4. p. 341. **BRVNQVELL** in hist. iur. P. I. C. 10. p. 64.

ULB Halle  
004 064 399


3



TA-FL

VD18





No: 1082  
14a

O INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
IONE IN INTEGRVM  
PRAETORIS GENERALI VLTRA  
ENTIAE NON EXTENDENDA

S E C T. I. et II. 10. 35.

QVAM  
IN NVMINIS AVSPICIIS  
FRIDERICO - ALEXANDRINAE  
MAGNIFICENTISSIMO  
IMO PRINCIPE AC DOMINO  
OMINO  
ANO FRIDERICO  
O ALEXANDRO  
RANDENBURGICO BORVSSIAE  
REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI  
E PRINCIPATVS REL. REL.

CONSENSV  
RECONSVLTORVM ORDINIS  
CONSEQVENDO  
C T O R I S  
QVE IVRE GRADV  
ITORVM EXAMINI SVBMITTIT 1785, 2  
PHILIPPVS FRANCK  
RIA - BARVTHINVS.  
SEPT. MDCC LXXXV.  
ERLANGAE  
UNNO ELLRODTIANO.